

65 12. Item statuimus et ordinamus quod si aliquis cursorum reciperet petitionem aliquam aliam rem tangentem cursoribus resignare debeat magistro cursorum usque ad tertiam diem, et si non resignaret, solvere debeat .X. solidos pro qualibet petitione sive re que tangeret societatem supradictam.

70 13. Item statuimus et ordinamus quod quandocumque renovabitur magister cursorum, magister qui fuerit antea debeat vocare omnes cursores ad renovandum magistrum, et si quis venire contempserit, solvere debeat .XII. denarios, nisi abuerit legitimam causam.

75 14. Item statuimus et ordinamus quod quandocumque erunt omnes cursores congregati vel maior pars ad renovandum magistrum, magister qui fuerit antea acipere debeat tot fabas albas quot erunt cursores, inter quas fabas albas debeant esse .IIII. nigras, et cursores qui habebunt illas .IIII. nigras habeant plenariam potestatem renovandi eligendi et faciendi magistrum utilem et ydoneum secundum quod eis melius videbitur expedire pro honore domini nostri summi pontificis et eius camerarii et pro utilitate societatis cursorum, et si isti quatuor non possent se concordare quousque comburatur unam candelam de duobus denariis monete currentis, quilibet eorum solvere debeat .VI. turonenses de argento, et pena predicta teneatur ducere ad effectum magister qui fuerit
85 antea, et si non duceret, solvere debeat de suo proprio.

15. Item statuimus et ordinamus quod quicumque erit magister cursorum debeat iurare ad sancta dei evangelia custodire, facere et operari omnia que sint^a ad honorem domini nostri summi pontificis et eius camerarii et societatis cursorum.

90 16. Item statuimus et ordinamus quod quicumque cursor diceret iniurias, unus alteri videlicet dicenti alicui cursori uxurato „revaliosum⁵⁵ cornutum⁵⁶“, solvere teneatur societati cursorum pro qualibet vice .X. solidos, et si diceret unus alteri „ruffianus⁵⁷“ animo iniuriandi, quod

a) Ms. sit.

55) Charles Du Cange, *Glossarium mediae et infimae latinitatis* 7 S. 170; Pietro Sella, *Glossario latino italiano. Stato della Chiesa, Veneto, Abruzzi (Studi e testi 109, 1944)* S. 483; vgl. auch *Costituzioni Egidiane dell'anno MCCCCLVII*, ed. Pietro Sella (*Corpus Statutorum italicorum* 1, 1912) S. 180.

56) Du Cange, *Glossarium* 2 S. 572.

57) Du Cange, *Glossarium* 7 S. 233; Pietro Sella, *Glossario latino emiliano (Studi e testi 74, 1937)* S. 299.